




colorchecker CLASSIC


+



x-rite

+

mm



10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.

42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57.

58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73.

74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89.

90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105.

106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121.

122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137.

138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153.

154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169.

170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185.

186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201.

202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217.

218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233.

234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249.

250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265.

266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281.

282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297.

298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313.

314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329.

330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345.

346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361.

362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377.

378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393.

394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409.

410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425.

426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441.

442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457.

458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473.

474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489.

490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505.

506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521.

522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537.

538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553.

554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569.

570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585.

586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601.

602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617.

618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633.

634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649.

650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665.

666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681.

682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697.

698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713.

714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729.

730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745.

746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761.

762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777.

778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793.

794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809.

810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825.

826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841.

842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857.

858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873.

874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889.

890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905.

906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921.

922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937.


938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953.

960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975.

976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991.

993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

243



- BIBLIOTHEQUE
p. 1 INNOCENTIUS III. - De Miseria humanae conditio-
nis. - Paris [Pasquier Bonhomme], 1480. 4° .
Pell 6300
- p. 2 Stella clericorum [Paris, G. Mittelhus, s.d.).
- 4°. échangée avec la Bibl. nat. en 1895.
Pell 10770
- p. 3 ANTONIUS de RAYMONDIA. - Libellus contra benefi-
ciorum reservationes. - Paris, G. Marchant,
c. 1498. 4° .
Pell 9778 = 9779
- p. 4 Laus caritatis. - [Paris, A. Caillaut, c. 1485-
90]. - 4° .
Pell 7014
- p. 5 MAGISTRI (Martinus). - Expositio super Salve
Regina. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1483].
- 4° .
Pell 7328
- p. 6 GUILLEMUS de GOUDA. - Expositio mysteriore
missae. - [Antwerpen, Gowaert Bac, post 1500].
- 4° .
Pell 5577
- p. 7 AEGIDIUS DELPHUS. - [Epistola di*vi* Pauli ad
Romanos... decantata]. - Paris, J. Bade, 1507.
4° .
- p. 8 ALLIACO (Petrus de). - Meditationes circa
psalmos poenitentiales. - [Paris, Antoine
Caillaut, c. 1485-90 ?]. - 4° .
Pell 524

- p. 9 [Canones apostolorum] Canon apostolicus quinq^uagesimus. - Paris : A. Wechel, 1556. - 4°
- p. 10 MAYEUC (Yves. - Questio per pulchra ... - Paris, Jean Petit, c. 1515. - 4° .
- p. 11 Passio secundum legem debet mori. - S. l;n.d.
Cop. 4622
- p. 12 BONAVENTURA, S. - Soliloquium - Paris, G. Marchant, [1483]. - 4° .
Pell. 2673
- p. 13 Cordiale quattuor novissimorum. - Genève, [Jean Croquet, c. 1481]. - 4°
Pell. 5072
- p. 14 NICODEMUS. - Evangelium. - [Köln, Cornelius de Zyrickzee c. 1499-1500]. - 4°.
Goff N-47
- p. 15 MARCELLUS. - Passio Petri et Pauli apostolorum. - [Köln, Cornelius de Zyricksee, c. 1499]. - 4°.
Pell. 7527
- p. 16 RICHARD (Pierre). - Contra non recte de ejusdem beati Petri martyrio sentientes libellus. - Paris, Josse Bade, 1518. - 4°.
- p. 17 [Recueil de poèmes latins]. 8 ff. mss. 16e s.

XV^e s. n° ~~243~~

243

243 2^e piece

Stella clavigerum.

pl. vi 4.

Double du 318 2^e piece

Echange fait en 1895
avec la Bibliothèque Nationale.



pièce 1. mg de K-f-blanc.

E 15

Prefatio super septē psalmos penitentiales.
A domino petro episcopo Cameracen.

Cora penitentia velut scala quedā est qua homo peccator qui secundū euāgelicā parabolā descendit de hierusalē in hierico. rursus in hierl'm: hoc est ad pacis visionē ascendit. huius vero scale septē sūt gradus quibus correspondent septē psalmi qui penitēcias dicuntur. **P**rimus itaq; gradus est timor pene a quo primus. ps. lncipit. Dñe ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. **S**ecundus est dolor culpe. hic est qui in scđo psalmo optando dicit. Beati quorū remisse sunt iniquitates: et quorū tecta sunt peccata. et hūc peccatorū confessio ipsorū q; remissio sequitur. **D**elictū meū inquit cognitū tibi feci: et iniusticiā meā non abscondi. **E**t iterū. Dixi cōfitebor aduersū me iniusticiā meā dominō: et tu remisisti impietatē peccati mei. **T**ercius gradus est spes venie. hanc tumor precedit. qui rursus in tercio psalmo clamat. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. **E**t hūc dolor comitatur. Aflictus sum inquit et humiliatus sū nimis: rugiebā a genitu cordis mei. post hec vero spes sequitur. Quoniā in te dñs speravi: tu exaudiens me dñe deus meus. **Q**uartus est amor misericordie. hāc nō hois iusticia: sed dei misericordia efficit. **V**nus quartus psalmus ait. Misere mei deus scđ m magnā misericordiā tuā. Ac deinde subdit. Amplius laua me ab iniuitate mea. **E**t iterū. Cor mundum crea in me deus. **Q**uintus gradus est desideriū celestis patrie. pro qua orat quintus psalmus. Dñe exaudi orationē meā. precedit autē contemptus p̄nitēcī vite. **Q**uia defecerūt inquit sicut fumus dies mei. **E**t iterū. Dies mei sicut umbra declinaverunt: et ego sicut fenū arui. **E**t hūc comitatur cōsideratio eternitatis diuine. Tu autē dñs in eternū permanes. **X**. **E**t rursus

A i



Tu autē idem ipse es: et anni tui non deficiens. Et ex his
colequitur desiderium habitationis superne: de qua conclu-
dendo ait. Filiū seruorum tuorum habitabūt: et semen eorum in
seculum dirigetur. **S**extus gradus est diffidētia virtutis
pprie. et hāc iuuat cōfidentia diuine mīe: pro qua. vi. psal-
mus suspirat. De profundis inquit clamaui et cetera. et
merito. quia ad celestē patriā puenire ppria virtute diffi-
do. Nam si iniuriantes obseruaueris dñe: dñe quis susti-
nebit? **H**ed de tue mīe copiositate cōfido. Quia apud do-
minū mīa: et copiosa apud eū redemptio. **S**eptimus
gradus est exultatio spūalis leticie. hāc allidua oratio effi-
cit. ideo septimus psalmus incipit: Dñe exaudi orationē
mēa: auribus p̄cipe obsecrationē mēa. per hanc ex diuino
rum operū consideratione in dei contemplationē ascēdit.
Meditatus sum inquit in oībus operibus tuis et in fac-
tis manū tuarū meditabatur. Hnde tandem exultando p̄du-
dit. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam et
cetera. Nos ergo si in hāc terrā celestis ih̄lī deduci cupi-
mus: his septem penitētia gradibus ascendere: et in hiis
psalmis allidua deuotōe meditari debem⁹: exēplo beatissimi
Augustini de quo legitur q̄ ultima qua defunctus
est infirmitate: h̄mōi psalmos de penitētia quos sibi ius-
serat scribi iacens in lecto contra parietē positos intueba-
tur: et v̄bētū ac lugiter flebat. Ideo ex huius sancti doc-
toris aliorūq; sententiis sup̄ psalmis penitētialib; quas
q; orōnes seu meditatiōes deuotas p̄ponere dignū duxi:
quibus et ad penitētiā p̄uc cari: et per penitētiā in dei
contemplationē humanus anim⁹ valeat p̄moueri. Illō
tamen in exordio premittendū est: q̄ licet septē affectus
quos septē gradibus scale penitētiae appropriaui⁹ dic-
tis septē psalmis apte decenterq; (vt ostēlū est) pueniat?
Tamen sicut dicit hugo in libello de oratione. Sciendū
eū hanc proprietatē in omnībus psalmis non esse vt per

totam seriem vnius affect⁹ extendat: sed sepe ex alio affectu trās̄latur in aliū. sicut ex affectu timoris in affectū amoris: vel in affectum spei. vel consolationis: secunduz q̄ mēs orantis diuersis modis effici solet. hoc autē qualiter per singulos psalmos cognoscatur: licet non sit huius operis explanare: tamen quantum ad proposituz pertinet satis ex sequentibus apparebit.

C Meditatio deuota super primo psalmo penitentiali.

D Omne iesu xp̄e future iudex seculi qui bonos in celeste regnū tuū: malos vero ī ignē eternū missus es. dū ego reus et indignus peccator horo futuri iudicij tui p̄sidero: timens ac tremens ad te clamare compelloc. et dicere.

Dñe ne ī furore tuo arguas me: ne q̄z ī ira tua corripias me. Sed ve mihi. Quō īmensā clementiā tuam ad furorē. quō infinitā miseritā tuā ad irā p̄uo:care me rui: Merui vtiqz et hoc sponte cōfiteor. alioquin coactus fatebor. Scio tamen dñe (te docente) quia tu semp idē ip̄e es: ideo tu in variis affectus oīo īmutabilis es. de te quoqz scriptū est. Tu autē dñe virtutū cū trāquillitate iudicas. Furis ergo semp trāquillus. irasceris semp placar⁹. Non est furor tuus. non est ira tua in te et in affectu tuo: sed est extra te et in effectu tuo. Furor tuus pena est inferni. ira tua pena purgatoriū. In inferno quasi furiēdo arguis: in purgatorio quasi irascēdo corripis. In illo per iusticiam arguis insolubiliter: in isto per miseritātē corripis salubriter. Et tamē ab utroqz opto eripi. ab utroqz desidero et peto liberari: dicens. Dñe ne ī furore tuo arguas me: ne q̄z ī ira tua corripias me. Sz quo pacto. qua fronte. qua hoc presumo audatias: nō vtiqz de mea iustitia sed de tua misericordia. Ideo. **I**lerere mei domine. **Quare:**

A ii

Qm̄ infirmus sū. Nō mee virtutis firmitatē: sed mee da
nitatis allego infirmitatē. Ego infirmus: tu medicus.
ergo lana me dñe. hic adhibe que tu vīs medicamenta. hic
vīre. hic seca. Tu tantū a furore tuo et ira: hoc est a future
vite pena me libera. Nec a te o pie medice frustra peto
vt lanes me. Qm̄ conturbata sūt ossa mea. Ossa loquor
non corporis: sed aie. Ossa aie mee: vīres sunt aie mee. qī
sicut in ossibus corporis: sic in vīribus anime cōsistit for-
titudo. Vīres anime mee: memoria intelligētia. et volun-
tas: in quibus dū lanae sunt: sancte trinitatis vera pma-
go est et similitudo. Sed heu me. qm̄ p p̄cīm infirme fa-
cte sunt: ideo conturbate. hoc est intra se et cōtra se inuicē
turbate sunt. Et ideo. Anima mea turbata est balde.
Quia ergo nō modicū: sed valde turbata est aia mea. qā
valde infirmata est omis fortitudo sua: dū tibi morbum
mū detego. dū medico eruditinī magnitudinē ostendō:
oro vt lanes. Sed tu dñe dīgquo. dīgquo dñe san-
itatē differs: Nō est dilatio ista crudelitas tua. sed ideo dis-
fers: vt dū me diu luctari p̄mittis cū viciis: ex hoc pluade
as aie mee in q̄ mala se precipitauit: et vt inde cautor sit.
Nā ex difficultate et dilatōne sanationis fit diligētior cu-
stodia recepte sanitatis. vel ideo pfectā michi differs cura-
tionē: quia īmpfectā offero tibi orationē. Nā hic nūdum
tam perfecte oro vt audiri merear: adhuc te loquente di-
cam. Ecce assūm. Quare hoc? quia non satis perfecte a-
nima meā ad te conuerto. sed nec hoc possum nisi tu sup-
pleas īperfectū meū. Ideo. Conuertere dñe et eripe
anīmā meā: hoc est. fac me perfecte ad te conuerti. Durūē
enī et laboriosū michi ad serenitatē et transquillitatē diui-
ne lucis a terrenatū cupiditatū caligie retoqueri. Eripe
ergo anīmā meā: p̄cīs scilicet ligatam. et in sua conuersi-
one hostibus muleis impeditam et oppressam: tanq̄ inhe-
rentem perplexitatibus huius seculi: et spinas quasdām

3

dislacerantū de sacerdoti, in ipa puerione patiente. Ab his
itaqz malis cripies. Saluu me fac propter misericordiam
tuā. non propter iusticiā meā quia peccatis et demeritis
meis susta debetur damnatio. Sed propter misericordiā
tuā per quā pueris ad te pia pmittitur saluatio te dicen-
te: Cōuertimini ad me: et ego conuertar ad vos. Tu er-
go qui auersus eras: et quem mihi aduersū mea fecerat a
uersio: cōuertere ad me qui ad te cōuersus sum: et si parū
conuersus: fac me pueri perfectius. et sic. Cōuertere dñe
a vindicta tua. Et scripe animā meam. non solum a pre-
senti malicia: sed saluu me fac etiam a future mortis mi-
seria. Quid non est in morte qui memor sit tui: in in-
ferno autem quis confitebitur tibi? O piissime domine
Non immerito hic festino michi petā dimitti. quoniam post
mortem: vel in inferno non erit memoria tui aut confes-
sio peccati: que scilicet utilis sit ad veniam, quia nunc con-
uerzionis tempus est. Sed cum hec vita transierit: tem-
pus erit retributionis. Ut ergo ab illa eterna morte. vt
ab illa inferni damnatione per penitentiā liberer. Labo-
raui in gemitu meo. lauabo per singulas noctes lectum
meū: lachrymis meis stratum meū rigabo. O felice David
qui has penitentie eiūnas per tot noctes utiliter sustinuit
De michi misero: qui has una vix hora sustinere valeo:
aut non volo. Et si quandoqz velle michi adiacet. quia ta-
men imperfecte volo perfici non inuenio. Tu ergo dñe
da michi velle. Da michi perficere. Da michi laborare nō
solum in gemitu cordis: sed lauare lectum lachrymis cor-
poris. Nec lauare soluz exterius i superficietenuis: sed eti-
am rigare intrinsecus. vt fletus meus non solum ad ex-
teriora corporis: sed usqz ad cordis intima perueniat: ibi
qz permaneat. Nec lolum peto domine lauari: aut la-
chrymis rigari lectum vel stratum meum corporalez: sed
etiam spiritualem: scilicet interioris conscientie. et hoc per

A iii

singulas noctes .id est per singula peccata ex eo orientia.
Oriuntur quippe michi alternatim dies et noctes .Noctes
patior cum carne seruio legi peccati .Dies sentio .cuz men
te seruio legi dei .**O** vitia fugatis noctibus peccatorum
et abieciis tenebris viciorū: oriantur michi et illucescant
clarus dies virtutuz: et lumina gratiaz .**Sed** heu me
miserū .**Quia** **T**urbatus est a furore oculus meus . heu
heu et ite p heu .quia oculus mentis mee vix potest ad or
ium diei et spiritualis luis colurgere .**E**t hoc .quia turbat
bus est a furore .nec solum a furore tuo diuino .tamen futu
ro quē timeo: q̄ presenti quē sentio: sed et iaz a furore meo
proprio quē gemō: hoc est a furiola concupiscentia mea a
primo parente transfusa: per quā q̄diu sum in hac misle
tabili vita .licet non totaliter extinctus: tamen multiplici
ter turbatus est oculus meus .**E**t merito .quia Inuete
raui inter omnes inimicos meos: scz inter omnia dicia et
peccata mea .que vere inimici mei sunt: dum me ab amo
re diuino separāt et auertunt .Inter que iueteraui :dum
per inueteratā consuetudinē me eis subiectuz esse p̄sensi .
Sed tu domine piissime post laborem et gemitu: post
pmbres et crebros riuos lachrimar̄ da mihi tue consolati
onis auxiliū .vt dicere valeā .**D**iscendite a me oēs qui ope
ramini iniquitatē:qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei
Da mihi optare ab opatilis iniquitatis separari .non solū
loco sed animo:in quoꝝ peccavi consortio .vt sic et tua in
me correptio et mea in te p̄solatio ignotescat .vt sic spiri
tus meus sentiat:qm̄ exaudisti vocē fletus mei .**D**a mi
chi domine vt iter atq̄ iterum exultans dicam .**E**xaudi
uit dñs deprecationē meā: dñs orationē meā suscepit .De
precationē meā pro deponēdis peccatis: et orationē meā
pro virtutibus adipiscendis .**Sed** non solum domine
non solum da michi exaudiri pro me .nō solū pro mea: sed
pro meor̄ .primoꝝ salute: nec soluz pro amicorū meorum

sed etiam pro inimicorum conuersione. ut ex exemplo viri per
fecit dicam tibi sancto tuo dauid. Erubescant et conturbentur
vehementer omnes inimici mei. Erubescat exemplo
meo de actibus suis malis: et conturbentur terrore iudicii
ad penitentiā non leuiter: sed vehementer cum gemitu for-
ti ut sic. Et conuercantur et erubescant valde velociter. Nec
conuersio sua et erubescētia penitētiae sue differatur dāna-
biliter. quia nisi in presenti vita sic conuerteret et erubescat
sed potius ut ab iniquis fieri solet penitentes irrideant.
et suis irrisionibus infirmos erubescere faciant tandem
in finali iudicio erubescant et erubescētes dicūt: hi sunt
quos aliquādo habuimus in derisum. nos insensati vi-
tam illorū estimabamus insaniam. Ecce quō computati
sunt inter filios dei: et inter lāctos soror illoꝝ est. Quid
vobis procul superbia: aut quid diuitiaz iactanciā con-
culit vobis? Tunc ergo pertinentur et erubescant: sed erit
hec conuersio et erubescētia ad damnabilem cōfusione m
quia habere noluerunt penitentiā salutarem. Et hec
omnia sient valde velociter. quia quando minus de iudi-
cio sperauerint et direxerint: par et securitas: tunc repenti-
nus superuenies interitus.

FDeuota meditatio sup scđo po. penitentiali:

Domine Iesu Christe qui culpa offenderis et penitētia
placaris. Tu magister optime qui interius do-
cens: illuminator: es cordium: da michi intellectum: da ex-
ercito cordi meo et tenebroso intellectui meo lumen tuum.
quo culpabilē offendaz plene ac pfecte valeā agnoscere: ut
p placabilē penitētia pie benigneqz velis agnoscere. da mi-
chi culpam meā offendamqz tuā taliter agnoscendo dole-
re: ut ea digneris misericordit ignoscendo delere. Da mihi
ergo ut de illoꝝ sim numero de quibus per prophetā tuum
A iiiii

dicitur.

Beatitudo quoru[m] remisso sunt iniquitates: et quorum
tecta sunt peccata. O me beatum si a te domine
remisso sint iniquitates mee. ita ut michi dones indulgen-
tiam ex gratia tua: cui debes vindictam ex culpa mea. ut
michi dones indebitam gratiam: cui iuste reddere potes de-
bitam penam. O iterum me beatum si tecta sint peccata
mea. quomodo tecta? non ita tanquam in me abscondita ma-
neant: sed ita deleta ut tu deus ea non videas. id est non
eternaliter punias. Te enim peccata videre quid aliud est
quam peccata puniri? Sicut scriptum est. Auerte faciem tuam
a peccatis meis. Tu ergo ea peccata non vides: sed ab eis
faciem auertis que non animaduertis. id est que non pu-
nis. Tu ea non agnoscis quibus ignoscis. Tu ea tegis per
gratiam: que non imputas ad penam. Ideo recte sub-
ditur. **B**atus vir cui non imputauit dominus pecca-
tum. Sed cui non iputat? Certe ei non imputat sed igno-
scit et agnatum non defendit: si confitendo corrigit. nec me-
ritum suum sibi sed gratie dei attribuit. De quo dicitur.
Nec est in spiritu eius dolus. Sed nec in ore eius. quia se
accusat cum sit peccator et corde tenet quod ore fatetur. Do-
lus enim est: si quis peccator se iustum predicet: qui vero
se accusat dolo caret. Talis erat publicanus ille humilis:
qui dicebat. Propicius esto deus michi peccatori. **Vnde**
sequitur. **Q**uoniam tacui inueterauerunt ossa mea: duz
clamarem tota die. Quia tacui quod non erat tacendum
scilicet confessionem peccato: um. **I**n ueterauerunt ossa
mea: id est defecit interior fortitudo mea. dum clamarem
tota die: dicendo quod non erat dicendum: scilicet iactan-
tiam meritorum. Ecotra vero si clamassem peccata et ta-
cuisse: merita: robusta et firma fieret virtus mea.
Tacui ergo et clamaui. **T**acui peccata: clamaui me-
rita. **T**acui unde deficerem. **T**acui de peccatis con-

felliōne m. Clamāui de meritis presumptionem. Sana
 membra medico ostendebam: vulnerata tegebam. Et
 ideo nō fui sanatus: sed inueteratus. hoc est in peccatorū
 meorum vetustate remālī. quia per culpe mee cōfessionē
 gratie tue nouitatem nō quesivi. Et ideo. Q uonā die
 a nocte grauata est super me manus tua: couerſussum
 in erumna mea dum cōfigitur spina. O dñe pie medice
 qui etiam percutiendo sanas. quia manus tua: vindicta
 tua allidue die ac nocte grauata est super me. ad humili-
 andum me superbū peccata tacentem. merita iactan-
 tem. Ideo tandem conuersus in erumna mea in miseria
 mea hoc est cōuerſtendo ad me ipsum cognoui me miserū
 dum cōfigitur spina. id est dum compungitur conscientia
 mea. Sicut enim spina dorsi erigit hominem sursum. sic
 ratio vel conscientia spiritum prius ad terrena curuatū:
 ad superna resurgentem dirigit. Hac ergo de culpa sua
 compuncta peccator humiliatus peccator ait. D elictū
 meum cognitū tibi feci: et iniusticiam meam nō absco-
 di. Merito quide m delictum meum: quia facienda omisi.
 et iniusticiam meam quia nō facienda commisi: tibi cō-
 fitendo aperui et detexi. Aperui: ut opeires. detersi: ut te-
 geres. D onde sequitur. D ixī confitebor: aduersum me
 iniusticiam meam domino: et tu remisisti iniquitatē pec-
 cati mei. O magna utilitas confessionis peccati: maxi-
 ma. quoqz benignitas miserantis dei. quia ad solum con-
 fitendi propositum remittitur peccatum. Non enim dixi
 confiteor: sed dixi confitebor. id est proposui confiteri iniu-
 sticiam meam aduersum me. me ipsum: et non aliū ac-
 culando. Et statim tu et non aliū remisisti iniquitatem
 peccati mei. Et bene mei: quia quod peccō hoc meum est.
 Quod autem a peccato resurgo: hoc tuum est. Absit ergo
 a me ut peccatum meum imputem tibi. et dicā hoc deus

voluit. hoc fatū: hoc stellarū cōstellatio mīchi fecit. Nō est
hoc confite ri iniusticiā meā aduersū me: sed aduersū te. et
te summū bonū de maliciā accusare. Dicā ergo potius.
Dñe misere re mei: sana anīmā meā quia peccauī tibi.

Et ne pute ē remissionē parvū dei donū esse sed tāquā
magnū deuotis precibus exposcendū: statim subiungitur.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tēpore oportu-
no. Omnis enim sanctus hoc est per peccati remissionē;
sanctificatus pro hac remissione orabit ad te. quia omnis
sanctus eget auxilio gratie et gratuīte remissionis tue.
Sed quādō orabit? In tēpore oportuno. hoc est i n tēpore
huius vite mortalis in qua est oportunum tēpus remis-
sionnum. quia post eam erit tempus retributionis. Heli
tempore oportuno: hoc est in tempore gratie per christū;
reuelate. De quo ait apostolus. Quando venit plenitudo
temporis misit deus filiū suum factum sub lege. vt eos
qui sub lege erant redimeret. **S**ed licet in tempore o-
portuno omnis sanctus oret. **V**erūtamen in diluvio a-
quarū multarum ad eum nō approximabūt. Non enim
eripit oratio sanctorum eos qui per obstinatam consuetu-
dinem absorbetur i diluvio aquarū multarū. hoc est i mul-
titudine effluētiū carnaliū deliciarū. sicut voluptuosi: vel
in multiplicitate variaz doctrinarū: sicut philosophi. vel
in varietate diuersorū errorū et sectarum: sicut heretici. vel
in vanitate fataliū superstitionū: sicut sunt astronomi. i
omnia fatali necessitatī aut fortune celesti attribuunt. vel
in numerositate ceremonialiū obseruantiarū: sicut iudei.
qātīquis obseruatīis carnaliter intellectis salutē ascribit
hi inq omēs qui in hīmōi. pñudo diluvio aquarum mul-
tarum ad eū nō approximabūt. Quoniā he aque diuersē
sunt et amare. et a fōte vere i dulcis aque hoc est a christo
qui fons est pure veritatis remote. **T**uld ergo factū
sum domine: vt effugiam ab hoc tam periculoso diluvio

aquarū multarū et approximē ad te? Certe scio (te docen
te) q̄ ppe est dñs omnibus inuocantibus eū: omib⁹ iu
cantibus eū in veritate. Ideo inuocabo te nō solū in voce
corporis: sed in veritate, cordis. hoc est in vera deuotione
cordis se humiliantis. et nichil de le presumentis. t̄ nil sue
potentie superbe tribuentis. et dicam. **T**u es refugium
meū a tribulatione que circūdedit me. **T**u solus et nō ali
us es michi refugium a tribulatione huius seculi: q̄ vndiq̄
circūdedit me. **T**u ergo: Exultatio mea erue me a circū
dantibus me. ostendendo viam qua eripiar a diluvio aq
rum multarū. et a periculo circundātiū me malorū. **G**a
vero dñe qui nō deseris sp̄cates in te. Jam quia in te spe
ro et in hac sp̄e gaudeo: a te cōsolatus audio te dicenter
Intellectū tibi dabo et instruā te in via hac q̄ gradieris.
Ne aberres a via dei et ne quis noceat tibi. Firmabo sup
te oculos meos. vt in via dirigāt oculos tuos. **S**ic igitur
dato michi intellectu ipso q̄ a te instruto: in te firmato
cōuerta me humiliis ad superbos et obstinatos. et erudi
tus ad stolidos et ignaros. et dica. **D**olite fieri sicut equus
et mulus. quibus nō est intellectus. per equū significan
tur superbi erecta ceruice petā sua defendētes. per mulū
stolidi: quelibet petōrū onera sine discretione portātes. hi
ergo si nō corrīgātur sed velint fieri similes brutis anima
libus quibus non est intellectus: **T**u dñe **I**n chamo t̄ fre
no maxillas eorū constrige: qui nō approximāt ad te. **S**i
enim non conuertantur et approximēt ad te per peniten
tiam: dignū est vt corrīgant̄ et constringantur a te per pe
nā. Ideo equus freno et mulus chamo arceantur. id est
maiori et minori tribulatione iuxta culpe exigentiā con
stringantur. **S**i vero freno et chamo non domentur:
restat vt duriori flagello castigantur. Ideo sequit̄ **A**ulta
flagella petōris. et in presenti vita parit̄ t̄ futura. **S**pēra
tem autē in domino misericordia circūdabit. **N**ec imerito

In tua diuina misericordia sperate et non in sua humana sufficiencia confidente. circundabit. i. circumquaque valibit de miseris cordia. Ne aliqua ex parte sibi iaceat diaboli malitia. Magna ergo domine magna exultatio magna gloria sperantibus in te. Ioco eis dicit. Metamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Qui sunt iusti et recti corde: hi sunt qui non in se sed in domino sperant: nec sine sed divinitate voluntari se conformant. Sicut christus docuit dicens. Non sicut ego volo sed sicut tu vis. In capite ostendes quid futurum esse debebat in membris. hi ergo non in se: sed in domino lecantur. exultant. gloriantur. letantur siquidem tacita sua uitate gaudentes. exultant concitati animi gaudio seruitres. gloriantur feroce caritatis extra se in deum transentes. O beatissima domine beatissima sic detur michi non in me sed in te letari. exultare et gloriari. ut sic huiliter capiti me conformans: veraciter efficiar membrum christi.

Deuota meditatio super tertio poenitentiali.

Domine iesu christe cui nunquam sine spe venie supplicatur. Cum plura duobus prioribus psalmis de timore ac dolore culpe tibi colloquendo predixerim: et namcunque de spe venie tibi supplicando loqui pro posuerim: semper tamen ad priora relabor et pene timore ac culpe dolore perterritis: tibi iterum repetere compellor.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Ego siquidem de peccatis penitens: peti conscius et inde grauiter afflictus. Ego in malis positus peiora timens et inde lugens multis modis crucior. Sed cruciatum grata amplector tanquam minores meis demeritis mecum pie actum reputans: si per eos liberer a penitentias eternis. Ideoque supplex oro ut tu domine arguas et corripas me. non in furore

re vel ira: sed i pietate et misericordia. Ita ut pena mea sit
nō ab ira ad eternā vltionē: sed a mīa ad piā correctionēz.

Sufficiāt tibi dñe mala que patior in hac pñti vita : ne
in futura infligas peiora. **Q**uoniā sagitte tue infixe sunt
michi. Sagitte tue sunt vindictē tue: scilicet dolores cor-
poris et aie. quia sicut sagitte intendūtur et deinde infigū-
tur: ita vindictē tue intense fuerūt in adam pp̄ter eius in
obdientiā: et inde nobis infixe sunt p originalem culpā et
multiplicē penā. Ipe enī totius huius miserie fuit origo:
nos ppago. Sed ve michi q sagitte tue nō ad modicū tē
pus nec ad vnicū vulnus infixe sunt: s̄z diu et vslqz ad finē
seculi manēt: et multis modis in corp̄e et aia vulnerant.
Et sic in sagittis tuis cōfirmasti sup me manū tuā. i. vin-
dictā tuā. **T**ua pthdolor eo vslqz cōfirmasti sup me vt
pollim dicere. **N**on est sanitas i carne mea a facie ire tue
porto enī mortale corp̄ tot miseriis subditū: quod etiam
eū sanū dicitur non vere sanū sit. qd leuiter leditur et sepi
graui ter infirmač. **E**st aut̄ hec multiplex miseria carnis
mee a facie ire tue. i. ab instātia vñdicte in adā originaliter
inchoate. **Q**uid plura? **N**on est pax ollibus meis. hoc est
interioribus virib⁹ meis: sed est cōtinua pugna ab infir-
mitate et rebellione carnis. et hoc. **A** facie peccator⁹ meor⁹
Quia hui⁹ miserie mee causa non solū est originalis cul-
pa: sed simul causa sunt actualia pctā mea. **V**nde merito
sequitur. **Q**uoniāz iniquitates mee supgreſſe sunt caput
meū. et sicut onus graue grauate sūt sup me. **Q**uia enim
iniquitates mee caput aie mee: id est rectaz ratōem supgreſſe
sunt. **E**t eleuauerūt caput meum super bū contra te deuz
meū: Ideo tu domine agrauasti me graui onere penaz.
Sed hoc domine non tibi sed michi imputo. **Q**uia
putr uerūt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipi-
entie mee. Ideo enī iniquitates supgreſſe sunt: grauate
super me. q cicatrices mee. i. plage pctōz meorū p̄p̄ per

baptismū sanate putruerūt: cū iam peccato cōsensī. et cor
rupte sunt. dum iā peccatū in actū pdixi. Et hoc totū a
facie insipietē mee. quia scilicet gratiā baptismale perdidi
nec eius viribus sapiēter v̄lus sui: et ideo miser factus
sum. Non vna solū. sed multiplici miseria afflictus: et cru
ciatus sum. adeo deiectus ad terrena: vt me erigere non
valeā ad supna. Et nīl tu dñe me erexit: i hac miseria
et curuitate mansurus sum. et hoc v̄sqz in fine. i. v̄sqz ad
mortē. Et tota die p̄tristatus ingrediebar. hoc ē tota vita
in hac manēs tristitia: huius vite viā gradiens ambula
bam. nō inueniēs sabbatum. i. mētis requiē quā optabā.
Nec mirū. **M**ī lumbi mei impleti sunt illusionib⁹: et
non est sanitas in carne mea. heu me miserū nō īmerito
cōtristatus sum. quoniā nō solum nō est sanitas in carne
mea. non solum tentatus sum ab infirmitatib⁹ et rebelli
onibus carnis: Sed etiā lumbi mei. i. carnalitas et sensu
alitas mea vexātur illusionib⁹ diabolicis. nec solum pec
co carnis infirmitate: sed diaboli fatigatione. Quid plu
ra: non solum lumbi carnis mee: Sed etiā v̄ires anime
mee repletur illusionib⁹. Illusiones enim anime infinite
sunt. q̄ aliquādo vix orare sinūt. Et ita non est in toto ho
mine vnde plena sit leticia. plenuz cordis sabbatū. plena
requies: donec anima illusionib⁹ exuatur: et corpus sani
tate īmortalitatis induat. prop̄tea clamabat apostolus.
Infelix ego hō. quis me liberabit de corpe mortis huius?
Et ideo nō īmerito. **A**ffictus sum: corpe simul et aia p̄ta
tis vexat⁹ miseriis. Et inde. humiliatus cū nimis. Quippe
Quia prius supbus erā nimis. Et p̄terea. **R**ugiebā a ge
mitu cordis mei. **G**emitus corde: et rugitus voce fieri so
let. Ego vero nō voce: sed gemitu rugiebā. i. cum magno
desiderio aie p̄solationē querebā. non in verba oris: sed in
gemitu cordis prorūpens. **E**st enim gemitus carnis et ge
mitus mētis. **O**mnis gemitus q̄ de exterioribus est: carnis

8

est. **Q**ui vero pro sabbato. id est spirituali requie quam caro non obtinet cordis est. **E**t quia huc gemitum non homo nouit sed deus: ideo. **D**ñe ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est obsecratus: **S**ed merito ex auditus. quia pius est et non pro terrenis: sed pro celestibus.

Sit ergo dñe desiderium meum ante te. id est tibi gratum et acceptabile. **A**udi et exaudi desiderium meum cum gemitu meo. Accelerare domine et exaudi cito. quia **D**olor meum turbat est. **E**t paurore ac terrore concutitur. et hoc ideo: quia dereliquit me virtus mea. **S**cilicet virtus illa quam habui ante peccatum. **S**i enim hec mansisset nichil terroreret. **S**ed cur hec dereliquit? quia etiam reliquit me lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. quia tu deus meus qui es lumen verum quod illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. **T**u qui es spirituale lumen oculorum meorum intellectu aliū: non es mecum per gratiam tuam: sed dereliquisti me propter culpam meam. **S**ed hactenus dñe tibi confessus sum mala que interius patior. **N**unc autem ea plango quibus exterius crucior. **N**am amici mei et proximi mei aduersum me appropinquarent et steterint. **H**i qui michi esse debuerant ad humanum solacium: sunt michi ad tumulum passionis. **E**t qui iuxta me erant tanquam amici et proximi: alio geste steterint tanquam hostes et aduersarii. **E**t merito recesserunt a me: quia peccando recessi a te. Merito perdidimus humanam amiciam: quia perdidimus diuinam gratiam. **N**ec solum crucior a persecutione hominum: sed a tentatione demonum. **M**ā vim faciebat qui querebat aiam meam. Demones enim qui aiam meam querunt ad eternam damnationem: vim michi faciunt per malignam tentationem et non solum per seiplos sed per ministros suos. de quibus dicitur. **E**t qui inquinabat mala michi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. **H**i qui amici et proximi esse debuerant: inquibant mala michi: meditando contra me dolosa: et loquendo

vana. id est falsa et deceptoria verba. Tales autem dolos
et mendosi ministerii exercent diaboli qui pater est men-
daci. Ecce ergo quibus malis crucior et tamquam ma-
iora his me meruisse fateor. Ideo iniurias et obprobria
sine murmuratione patior. Et hoc est quod sequitur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non
aperiens os suum. Nichil ad obprobria responebam. Et fac-
tus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo
redargutiones. Quia arguentes me non redarguebam sed
redargutiones patienter ferebam. Sed quare hec om-
nia tam patienter sustinui? Quoniam in te domine sperauim. Ideo
propter te patienter sustinui mala. quoniam non in me: sed in te
sperauim bona. et quia per patientiam pene sperauim veniam
culpe: ideo exaudies me domine deus meus. Dando libe-
raliter veniam: et consequenter gratiam in gloriam. O magna pa-
tientie virtus: cui datur venia peccatorum: et per veniam gra-
tia meritorum. et per gloriam gloria premiorum. O salutaria mea
dicina per quam in leticiam mutantur tristia et aduersa.
Ad hoc autem dominum ideo exaudies me non de te desperando
diffidentem: sed in te sperando confidentem. Quia dixi ne qua-
do supergaudeant michi inimici mei. Quia non ex super-
ba presumptio: sed ex pia spei deuotione dixi: quoniam deus
meus exaudies me. Et hoc dixi ne inimici mei detracto-
res mei supergaudeant michi: si videant me in te sperantem
non perficere sed deficere. Meum igitur enim cauet iusti ne de lapsu
corum exultent inimici. Ideo sequitur. Et dum comouen-
tur pedes mei: id est dum affectiones mee labuntur in per-
catum ex humana infirmitate: irridetur impium. Et super me
magna locuti sunt Irridendo michi. I super me magna scan-
dala obprobriaque loquendo. ubi potius si essent pii: mee de-
berent copati infirmitati: eamque excusando humane misere-
rie humanitus misereri. Sed adhuc dominum etiam exaudies
me. Quoniam ego in flagella patulus sum. Sciens enim quoniam

filium quem amas. et si quandoq; non suauis: tamē semper salubriter flagellas. Ideo flagella tua patut sum patienter suscipere. Non contra ea murmurādo: sed me ipsum accusando. Quia dolor meus in conspectu meo semper dolor de peccato meo semper est in conspectu meo. semper de peccato meo doleo: dum peccatum meum cōtra me ipsū esse conspicio. **T**et hoc est quod sequitur. **Q**uoniam iniquitatem meam annūciabo: ipsam coram te contra me accusando. Et cogitabo pro peccato meo: ipsum in me cogitatione sollicita corrīgendo: et a te tuaq; miseratione solita medicina lem curā humiliter postulando. **S**ed dum medicinam tuam peto. O pie medice. Ecce quid ad curā meam per te fieri p̄mittitur. **E**cce enī quid sequitur. Inimici autēz mei diuunt et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me iniqz. O salutaris: sed nō suavis me dicna. O mirabilis: sed medicinalis cura. per tuam nāq; permissionem ad meam fit probationē. fit inq; medicinaliter et salubriter q; inimici mei p̄spere diuunt in hoc mūdo ubi in aduersitate labore et gemēs rugio. Et quod grauius est confirmati sunt super me in persecutiōe. et quod grauissimū est qui oderunt me iniqz: mala reddentes pro bonis. non pauci: sed multiplicati sunt et quotidie plures fient. **D**e quibus subditur. **Q**ui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quonia lēquebat bonitatē. ipsi vero econtra sectantur iniquitatem. **S**ed quia hec mala essent intolerabilia nisi te iuuāte pioq; medicamie tuo confortante michi fierent salubria ad curanda peccata. Ideo **D**e dereliquas me dñe deus meus: sed vt promisi tibi quoniā i te speravi libera me: quoniam cognoui nomē tuū. protege me: quia clamaui ad te. exaudi me et mecum sis in tribulatione. eripe me et glorifica me. **E**t si forte ad tempus me aliquādo relinqueret videaris: tamen ne discesseris a me penitus relinquento me. **S**ed potius

Tintende in adiutorium meū domine de^o salutis mee. Ad iuuā me p^{tr}a hostes in pugna. quia sine te qui es deus salutis mee non potest esse in me salutaris victoria.

Meditatio deuota sup pō. quarto penitentiali.

Dñe Iesu xp̄e cui proprium est misericordia semp: et parcer. Ego miser ad te misericordē accedo: et peccatorum cathena constrictus: tue miserationē ne pietatis absoluī desidero. Ego multaz iniquitatū imundicia maculatus ad te foniem mūdicie confugio: et imūdiciam meam per tuam miā emundari supplico: discens.

Plerere mei deus secundū magnā misericordiā tuā. peto dñe magnā misericordiā tuā: quia sētio magnam miseriā mēā. peto magnam medicinam tuam contra magnā plagam mēā. peto multitudinē miserationis tue contra multitudinē iniquitatis mee. Ideo sequitur. Et secundū multitudinē miserationū tuaz. Ab initio seculi exhibitz que superat multitudinē quanlibet peccatorum. Dele iniquitatē mēā. vt nullum in me remaneat peccati vestigiu. Et hoc est quod subditur. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. peto dñe non solum peccatū deleri: sed amplius lauari et lauando pure mundari. vt non solū culpam operis: sed etiam reatum voluntatis abstergas. Et hoc peto non propter aliquā iusticiam que sit in me: sed propter magnā misericordiam que est in te: et multā miserationē que est a te. In te enim est miā naturaliter in affectu et a te miseratione multipliciter ī effectu. Ut ergo misericorditer ignoscas: non iusticie mee meritū allego: sed malicie mee peccatum agnosco. Et hoc est quod dicitur. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Non ergo peto vt propter misericordiam tuam deseras iusticiā tuam. Scio iustū esse vt pecca-

60

tum meum puniatur. sed ipsum punio ut tu non punias
ipsum agnosco ut tu ignoscas. **E**t peccatum meum contra me est semper. quia peccatum meum non pono retro me ipsum negligendo vel dissimulando: sed ipsum semper oppono contra me ipsum cognoscendo et accusando. Ideo dico **E**cce soli peccavi et et malum coram te feci. Quid est tibi soli peccavi? Nonne peccavi. non solum tibi sed proximo. nonne peccatum feci non solum contra te deum meum: sed etiam propter proximum meum. sicut et dauid qui hoc dicebat. non solum in te: sed in Bersabee per adulterium: et in briam per homicidium peccauerat. Sed hoc ideo dicitur. qua tu solus es qui das legis preceptum: per cuius prevaricationem peccatur. Ut iustificeris in sermonibus tuis: hoc est. quia a deo iustus et verax es in verbis tuis que precipis ut iustificeris. id est iustus et verax inueniari. **E**t vincas cum iudicaris. id est superes eos in iusticia: qui te ex superbia iudicant: propter precepta tua murmurando: et te in eis quasi rigorosum et iniustum accusando. Non sic ego: sed ad te solum tanquam ad iustum iudicem configio: qui non habes in te quod iudicetur. non habes quod reprehendatur: sed solus existis qui omnes iudices ita vincis. ut in tui comparatione nullus iustus aut verax reputetur: dicente propheta. **O**mnis homo mendax. **T**u ergo solus deus verax. **T**u ergo domine qui in tua veritate dixisti. Quacunq; hora peccator ingemuerit: omnium iniquitatum eius non recordabor. **T**u veraciter imple quod promisisti: ut iustificeris in sermonibus tuis. et concinas eos a quibus tantum misericors iudicaris. **T**u ergo miserere. **T**u miserando iniquitatem meam n' dele. **T**u eam delendo laua et munda me. quoniam de peccatis meis veniam postulans ingemisco dicens. ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. **O** magna miseria quam cum mecum orta est ab origine mea. Ideo merito igemi-

scens peto ut cures et sanes hanc magnam miseriā meam
per magnā misericordiā tuam. Nec hoc ita dixerim: ut si
citas nuptias p̄demne: sed quia in omnibus trahitur ini-
quitas ab adam. Nam hoc opus castum ppter bonū pro-
lis excusatum in coniuge non habet culpam sed origo pec-
cati in prole secum trahit debitā penā. Ideo autem do-
mine non solum actualē culpam meā: sed etiam origina-
lem a parentibus traductā tibi humiliter cōfiteor. Quia.
- ecce enim veritatē dilexisti. Non enī in te refundo culpe
mee iniquitatēz: sed me accusando fateor veritatē: quā tu
qui veritas es diligis. Ideo eam veie cōfidentibus pecca-
ta dimittis. propterea. **I**ncerta et occulta sapientie tue
manifestasti mihi. mihi inq̄ veritatē cōfidenti. Secreta
tibi certa et nota diuine sapiētie: sed incerta mihi et occul-
ta humante insipientie manifestasti. Quo mō dicunt enī
homines sub quadā incertitudine (sicut dicebāt niniuite)
Quis scit si queratur & ignoscat deus? Non ergo hoc no-
ui: sicut nec homines ceteri. Non hoc noui p̄ hu manaz sci-
entiā: sed hoc certitudinaliter reuelasti et manifestasti mi-
hi per diuinā scripturā: te dicente per prophetā. Quacun-
q̄ hora ingemuerit peccator: iniquitatum eius non recor-
dabor. **I**n hac ergo promissione tua securus et certus di-
cere audeo. **A**spuges me domine psopō et mūdabor. No-
ui domine te docente q̄ psopus herba est parua quantita-
te: sed magna virtute. herba humilis: sed medicinalis. cu-
ius radix petre herere dicitur. cuius v̄i eus pulmonē pur-
gat dum inflatur: in qua penitentie humilitas cōgrue de-
signatur. que lepe parua putatur in p̄spectu hominū: sed
semp magna est ante conspectū tuū. Et dum illa adheret:
de qua dicit aplūs. petra autē erat christus: dum caritati
xp̄i i radix eius affixa est: adeo medicinalis efficitur virtus
eius: ut per eam pulmonis inflatio. i. superbie plūmptio
et oīs q̄ ex ea oriū culpe iquinatio expurget. Aspges ergo

me: hac humilitate et mundabor: ab iniustitate. Lauabis
me. per humilem penitentiam. Et super niuem dealbabor: per
salutarem gratiam: per quam peccatorum dealbatio fit. sicut
scriptum est. Si fuerint peccata nostra sicut vermiculi: ve-
luti nix dealbabuntur. **G**in hoc ergo secreto sapientie tue
pius michi incerto et occulto quod iam manifestasti michi:
Auditui meo dabis gaudiū et leticiam. Et merito dū au-
dis promissione tuaz de remissione peccatorum. Auditui cor-
dis mei dabis gaudiū. et leticiaz de retributione premiorum.
Et exultabunt ossa humiliata. hoc est interiores vires mee
que per culpam maculatae prius perturbatae sunt. Nam p pe-
nitentiaz psopo humilitatis mundatae. lauate: et dealbate
merito exultabunt. **S**ed licet dederis gaudium: leticiaz
et exultationē ppter spem venie: non cū deerrit michi salu-
taris quedam tristitia et spiritualis cōtristacio: propter ei
morem pene et dolorem culpe. Ideoq; ad te clamare non
cellabo. **A**verte faciem tuaz a peccatis meis. Quia peccata
mea nō pono retro me: sed oppono ptra me. Nec ea negli-
gendo aut dissimulando habeo retro dorsum meū: sed ante
faciem meā. ppter a non a me: sed a peccatis meis auerte fa-
ciet tuā q̄ si ea non agnoscēdo: sed eis ignoscēdo. et ita nō
solum hoc vel illud pctrū: sed generaliter omes iniqtates
meas dele. Quibus deletis **G**or mundū crea in me deus
Non peto vt ego homo cor mundū faciam a me: sed vt tu
deus cor mundū crees in me. q̄r non est hoc opus hois crea-
ti sed creatoris dei. Et quia ante pctrū innocēs fui. i p pec-
catuz a rectitudine declinaui. ideo **S**p̄m rectū inoua in vi-
sceribus meis. i. renoua spiritū meū faciendo eū rectū. quē a
te recedendo et ad terrena puerendo feci obliquū. Nec cor
dis mundicā aut sp̄us rectitudinē peto michi fieri soluz
in mente: sed etiā in carne. et hoc ē in visceribus meis. Cui
lubis vel renib; in qb; sedes ē voluptatis. **V**nū ad bītū Job
de diabolo dicit: q̄ virtus ei? esti lūbis et umbilico ventris

B. iii

In vtrisq; ergo: anima. s. et corpore remedium peto cura-
tionis. Ideo. **D**e proicias me a facie tua. a peccatis meis
facies tuā auerte sed a facie tua ne picias me. A peccatis
faciem tuaz auertis per remissionē: sed peccatores a facie
tua prolatis per reprobationem. remissionē postulo: sed re-
probationē pertimesco. propterea supplex oro. Spirituz
sanctū tuū ne auferas a me. Nam enī quodāmodo spiritū
sanctū tuū hoc est spiritus sancti donū habere confido.
quia peccatū confitendo peniteo. Nam vera peccati con-
fessio non est in hoīe ex seipso: sed ex dei dono. Non ergo a
me auferas hunc spiritū: sed per eu**R**edde michi leticiam
salutaris tui. Redde leticiā quam peccando amisi. leticiaz
in q̄ salutaris cui scilicet salutaris gratie spiritus sancti. p
quam non solum est culpe remissio: sed glorie retributio. hāc
ergo non solum delis non auferre: sed reddere et confir-
mare. Et sic spiritu principali p̄firma me. per hoc autem
q̄ p̄pheta tibi spiritū noiauit. s. spiritum rectū sp̄m sanctū
et spiritū principale dicunt quidā q̄ in eo trinitatem
notare voluerit. Et spiritū rectum filiū dicūt. sp̄m sanctū
suo noīe intelligūt. per spiritū principale patrem accipiūt
hoc vero et quicquid aliud ad fidēi et moꝝ edificationem
dicitur sine contradictione dici permittitur. Vnde etiā non
inconuenienter per hanc trinam spiritus nominationem
triphariā spiritus sancti gratiā intelligere possumus: vt
per spiritū rectum accipiamus gratiā que in septem vir-
tutib; theologicis et quatuor cardinalibus operi
quibus aīa dirigitur ad operandum recte. p sp̄m sanctū gra-
tiā que in eius septem donis tribuitur: quib; anima in-
uatur ad operandum faciliter et expedite. per spiritū prin-
cipalen: gratiā que in septē beatitudinibus do natur: qui
bus elevatur et quodāmodo consumatur ad operandum
perfecte. hac igitur multifaria spirituali gratia rectifica-
ri sanctificari et confirmari meū dero. Et si hec spi-

titus sui beneficia recepero: tibi ingratus nō ero. Sed
Docebo iniquos vias tuas. Qui priua fuerā peccator: si
 am predictor. quia docebo verbo vel exemplo vias tuas
 que sunt mia et veritas. et sic impii ad te puerentur: per
 me salubriter edocti: de mia tua qua michi per veniā pci-
 tur. Et de veritate. id est iusticia tua qua peccatum meum p
 penitentiam punitur. **S**ed ut sic iniquos docere et im-
 pios conuertere valeam. **L**ibera me de sanguinib⁹. id est
 de peccatis carnis et sanguinis et que de eorum corruptio-
 ne procedunt. libera me inq⁹. **O** deus: qui es deus salutis
 mee. que longe est a carnis et sanguinis corruptione. **C**r-
 caro et sanguis regnum dei non possidebūt. id est peccata
 que ab eis proueniūt. Alioquin nisi ab eis prius me libera-
 ueris michi peccatori ipso perando dices. Quare tu enar-
 ras iusticias meas. **S**ed si liberatus fuero securus ero
 ab hoc improperio. **E**t exultabit lingua mea et exultan-
 do narrabit iusticiam tuam. **E**t tunc **D**omine labia mea
 aperies. prius per peccata clausa. et os meu⁹. **N**on solum
 cordis sed corporis. Annunciabit laudem tuam. videlicet
 q⁹ me creasti. q⁹ me creatum et genitū per baptismū rege-
 nerasti. q⁹ me regeneratum et in peccatis lepe relapsum
 non reliquisti: sed penitentem ad te reuocasti et reuocatu⁹
 mundasti. **P**ro quibus beneficiis non vis tibi offerri
 sacrificia pecudum: sed hostias laudum. **Q**uoniam
 si voluilles sacrificium dedillem: sicut fiebat in veteri le-
 ge. **S**ed iam in noua lege gratie. Utiq⁹ holocaustis non
 delectaberis. **Q**uoniam illa solum erant umbra et figura
 ra legis noue. **I**deoq⁹ cessauerunt adueniente veritate.
 quod in spiritu prophetie sanctus David preuidera⁹: qui
 hoc dicebat. **Q**uid ergo tibi offerendum? Certe non sacri-
 ficium pecoris: sed pectoris scz spiritus contribulati et con-
 criti ac humiliati cordis. **Q**uia. **S**acrificium deo spiri-
 tus contribulatus: cor constitutum et humiliatum deus non

despicias. **T**u contritū penitēdo: non obliniatū peccando et humiliatum confitēdo: non elatū excusando. **T**u deus qui cordis secreta conspicis nūq̄ despicias: sed utiq̄ in eo tanq̄ in spirituali sacrificio delectaris. **S**ed quia hoc acceptabile deo sacrificium nō in moysi synagoga: sed in christi ecclesia est maxime offerēdum. Ideo de ea intelligendū est quod sequitur. enigne fac domine in bona voluntate tua spon. hoc est affectum bone voluntatis. id est misericordie tue ostēde p effectū pie benignitatis. i. miseri atois tue hoc in q̄ fac spon. i. militanti ecclesie per spon spiritualiter intellecte. Ut ex eius viuis lapidibus. l. christi fidelib⁹ **E**dificantur muri ih̄l'm: non terrene sed celestis. i. ecclesie triumphantis. **O**rat ergo cor contritum et humile non solum p sua sed pro totius ecclesie salute: ut omes eius fides finaliter edificant: et fiat muri i ipa hierusalē celesti firmiter permansuri. **T**um autem hoc factū fuerit quod non nunc in presenti seculo: sed in futuro erit. **T**unc acceptabis sacrificium iusticie. **T**unc post plentis seculi plenitatem: post finalis iudicii conclusionē acceptabis sacrificium. non quidē imperfecte iusticie: sed penitentie que nūc est contriti et humiliati cordis: sed perfecte iusticie in gloria conlūmate. l. sacrificiū laudis que tūc erit cordis non quidē lugentis et gementis: sed letantis et exultatis. **T**ūc acceptabis oblationes et holocausta. **N**on carnales sed spirituales. id est spiritus et animas sanctorum tecum in gloria assumptorū. qui erunt holocausta diuino igne: hoc est caritatis feroire succensa. **T**unc imponent super altare tuum vitulos. tunc imponēt angeli sanctos vel ipsi met sancti et spiritus beati offerent tibi seipso super altare tuū scilicet christum in quo ian. q̄ principali fundamento supere dicitur omne sanctorum meritum. **C**ui redditur eternum premium et in cuius passionis virtute superimponitur omne sacrificium tibi acceptabile. **S**uper hoc alta

re imponent et offarent vitulos non bues antiquos sub iugo peccati mugientes: sed vitulos nouellos scilicet novos sanctorum populos sub innocentia. noue etatis. ab omni vetustatis servitute liberos cumque libertate gaudentes. Tu ergo domine. Da michi ab hac spirituali sponsione ab hac etiam militante in qua tanquam in via peregrinamur ad illam celestem hierusalem ad illam ecclesiam triumphantem: ad quam tanquam ad patriam perducimur cum sanctis tuis finaliter pervenire. Da inter muros ciuitatis huius firmiter permanere. Da michi inter ciues eius feliciter te videre. videndo amare. amando gaudere. Et ita me ipsum acceptum tibi sacrificium et olocaustum offerre.

De uota meditatio super. v po. penitentialis.
ne iesu christe qui es verus rex glorie rectorum sancte illius hierusalem ciuitatis superne. cum ea que de te et gloria tua ciuitate dicta sunt audio: nimis ad eam tecum pervenire desiderio. Ideo postquam multa in precedentiibus psalmis disserui de timore pene. de dolore culpe. de spe venie. de amore spiritualis misericordie: restat ut aliquid datur sim de desiderio tue glorie ciuitatis hierusalem: id est celestis patrie. Non enim habemus (ut ait apostolus) ciuitatem manentem: sed illam futuram inquirimus: et ad eam ingredi festinare debemus. Hanc itaque desideras ad eamque festinans suspirando clamare. et clamando suspirare compellor: dicens.

Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Conguit michi dominus huius psalmi titulus Intitulatur namque oratio paupis cum anxietate et in conspectu domini effuderit precem suam. Ego namque pauper et iops in via presentis miserie: ut siam diues in patria celestis glorie. feruenti cœstuati quod desiderio anxior. Et propterea anxius ero et prece mea in conspectu tuo humiliter effundo. Ideo

exaudi domine orationē m̄cā et clamorē meum. Jam enī
pp̄ter animi magnā anxietatē oratio crevit in clamorem
Orans enī clamo. heu me. quia incolatus meus. p̄longa-
tus es. heu me. quia nimis afflictus sum in via et nimis
elongatus a patria. Et ideo **N**on auertas faciem tuam
a me: in qua cūqz die tribulor inclina ad me aurem tuam.
Et insuper. in qua cūqz die in uocauero te: velociter ex-
audi me. Quia dñe coram te oro. quia ad te clamo: ideo da
michi faciem tuam. da michi aurem tuam. da faciem nō
iratam. sed placatam per clementiam. da aurem non cō-
tra me indignatam: sed ad me inclinatam per misericor-
diam. Dabis utiqz domine. et omnino libenter ac liberali-
ter dabis: nisi obstat michi nubes peccatorū. q̄ obstat orō
nibus iniquorū. Hnde per plaiam dicitur. Opposuisti nu-
bem ne transeat oratio. Tu ergo rumpe nubem. effunde
p̄tra eā vultus tui lumen. et ita nō auertas faciem tuam
ne declines aurem tuam a me vel orationibus et clamori-
bus meis: sed a peccatis et iniquitatibus meis. Et quia
vehementer clamo et inuoco te: Ideo velociter exaudi me
Quia nō iam terrena quasi terrenus: sed celestia quasi ce-
lestis delidero. Cui desiderio promittis: adhuc te loquite
dicam. Ecce assūm. **S**ecimmo rito tam instanter peto
velociter exaudiri. **S**ua defecerunt sicut fumus dies
mei. Quia sicut fumus vento cito dispergitur: ita dies vi-
te mee velociter deficiunt. et velut umbra fugiunt. Et ossa
mea sicut cremum aruerūt. Non solum vites corporis de-
ficiunt: sed etiam vires anime que dicunt ossa mea. quia
in eis principaliter p̄sistit interior fortitudo mea. sicut cre-
mū arescentes p̄tracte sunt. vel sicut in frigorio confratre
sunt. Fortitudo quippe animi a recordatione peccati et ti-
more iudicij: quasi frixa p̄trahit. Ja enī frigil homo: dū se
timet arsurū in inferno. Ecce ergo dñe. ecce paupertatem
mēa p̄ q̄ anxior. ecce tribulatōnē quā patior. ecce qualiter

14

Percussus sum ut fenu. quia omnis caro fenu. et sicut fe-
num viret: sed percussum facile sentit iniuria. Sic caro iu-
uentute virens: senectute vel infirmitate percussa et mor-
te succisa: arescens deficit. Nec solus percussus sum in carne:
sed in corde. Et aruit cor meum: sterilitate peccati. Sed unde
hoc michi? Quia oblitus sum comedere panem meum.
id est custodire dei preceptum quod est spirituale nutrimentum
meum: De quo dicitur. Non ex solo pane vivit homo
sed ex omni verbo quod procedit ex ore dei. heu me miserum
quia hunc panem verum qui ex celo et ex ore tuo descendit co-
medere oblitus sum. Quare oblitus? quia nimis ad terrena
intentus neglexi celestia. Et ideo. A voce gemitus mei
adhesit os meum carni mee. Quia enim celarium oblitus
et terrenorum memor non pro spiritualibus sed pro tempo-
ralibus gemebam. Et ea nimis desiderans non solus cor
de gemebam sed voce: propterea a voce gemitus mei et de-
siderii iordinati: adhesit os meum carni mee. id est vox gemi-
tus oris mei adhesit carnali mee affectioni. vel os princi-
pale inter ossa mea. i. principalis fortitudo virium anime
mee adhesit carni mee. hoc est: ratio sensualitatis consenserit
Tiam vero de me aliter (te propiciante) fieri cupio. Ja-
non pro terrenis: sed pro eternis gemere concupisco. ut di-
cere valeat cum propheta. Venit consolari anima mea. In terre-
nis memor fui dei. et delectatus sum in eternis. Utinam
ergo non oblitus: sed memor tui. Utinam non oblitus sed me-
mor eternorum bonorum tuorum. cum eodem propheta dicam.
Annos eternos in mente habui. Sed quomodo possunt hec
fieri: si te iuuare. si propter tui tuorumque eternorum
bonorum contemplationem huius seculi seculariumque et secula-
riter viuentium hominum conuersationem fugiam. Ut eligam
abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in taber-
naculis peccatorum. ut similis siam cum sancto tuo da-
uid: qui ait. Similis factus sum pellicano solitudinis; fa-

ctus sum sicut nicticorax in domicilio. Et iterum **V**igila
ui et factus sum sicut passer solitarius in tecto. **O** ma-
gnum brevibus in verbis mysterium. Tres aues et tria
hic loca distinguntur. Tres aues. pelicanus. nicticorax: et
passer. Tria loca. solitudo. domicilium: et tectum. Et dici-
tur pelicanus in solitudine. nicticorax in domicilio: et
passer in tecto. pellicano enim aui soliuage et que in soli-
tudine habitat comparantur heremicoles. Nicticoraci ve-
ro que habitat in domicilio assimilantur illi qui a publico
loco remoti: non in heremo vagi sed uno in loco vniuersi di-
uunt dicentes. Ecce quod unum et quod iocundum est habitare fra-
tres in unum. passer autem solitarius et unicus in tecto
ille est qui hominum societate non egens sed soli deo unus
vivens et alta virtutum recta fugiens ubi a laqueis
victorum tutus est. Dicit. Undam petui a domino hanc re-
quiram: ut inhabitem in domo domini. Nec solum in do-
mo: sed in altiori domus loco scilicet in tecto. immo in ip-
so domino deo. Ipse est ergo qui habitat in adiutorio alti-
simi: et in protectione dei celi comorabitur. Ipse est qui non
solum pro se sed pro aliis vigilat. et pro omnibus vigilans
orat. ut a mudi carnis et diaboli laqueis adiuuante protegè
teque deo liberentur. Utinam his auxibus similis fia. et ut te
cum sim a seculi solitudine fugies: in solitudine manea-
ne in tabernaculis peccatorum manes cum peruersis peruer-
sus efficiar. Nam **T**ota die exprobauerunt michi inimici
peruersi enim qui sunt inimici mei et ideo inimisci. quia
peruersi continue exprobant michi fame mee detrahendo
Et qui laudabant me non corde: sed ore michi feste publi-
ce adulando. Aduersum me iurabant. false et proditorie
conspirando. **S**ed quare hoc? **Q**uia cinerem tanquam
panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam.
Per cinerem et fletum significatur status penitentiū: quibus

peruersi sepe irrident: cū eos ante laudarēt. dum cum eis
seculo fruerentur: et peruerse diuererēt. Cinerem autem
tanquā p̄anem māducare nil aliud est q̄ peccatorum reli
quias penitendo consumere. potum vero fletu misere:
est temporalem iocunditatē cum lacrimis spiritualis pe
nitētie iūgere. Vel potus iste intelligi potest desiderium
celestis patrie qui cum fletu miscetur. dum penitens pro
illius dilatione nō sine lacrimarum effusione tristatur.

Sed vnde michi est fletus iste? Certe **A**facie ire indi
gnationis tue: id est ab instātia vidicte tue in adam incho
ate. Cum qua non ego solus: sed om̄es qui naturam tra
himus de propagine iniustatis et de massa peccati nati
sums. propter quod dicit nos apostolus. natura: filios
iste. Ex huius ergo ire indignatione procedit. Quia ele
uans allisisti me. Tu qui me altius eleuasti creando ad
p̄imaginem tuam in quo me omnia animalia superare fe
cisti. Tu me grauius allisisti: permittendo cadere in gra
uem actualis peccati culpam que trahit ad grauissimam
ignis eterni miseriam. quam solus homo et nullū aliud
animal timet. quia solus ipse super oia eleuatus animalia; bea
te vite eternq̄ glorie particeps est. **H**eū michi domine
q̄ allisisti me. **Q**uia dies mei sicut umbra declinauerunt
et ego sicut fenum arui. heū michi. quia dies vite mee si
cut umbra obscuri et vani: quasi inutiles transiunt: et de
clinando deficiunt. Et merito quia a te vero die declina
ui similes michi facti sunt declinantes dies mei. Et ego
sicut fenum arui. sterilitate culpe propter defectum ro
ris gratie. **S**ed quia allisus cecidi iam de te confisus:
per te cupio subleuari. Iam terrenus ego et temporalis:
ac temporaliter declinando pertransiens ad te confugio q̄
eternus es et immutabilis ac immutabiliter durando p
manens. Quia ergo **Q**uia autem domine in eternum per
manes: ideo tu eternus: me temporalis: velut umbra trāscēnē

ad tuam eternitatem elevando soluas et liberes. Et memoriale tuum in generatione et generationem. Quia memoria tua qua nostri memor es in misericordia tua est omni tempore permanenta. nec unquam deficit illa promissio tua. Cum iratus fuisse mie recordaberis. Et ideo cum exurgens misereberis sion. Pon enim speculator interpretac. per quam militias ecclesie vel fidelis aia intelligitur. que nunc deum per speculum et in enigmate speculari inititur. Ad hanc ergo te querentem et ad te consurgere cupientem tu exurgens et quasi ei clementer occurrens: misereberis eius. te sibi misericordem adiutoriem et sublenatorum exhibes. Misereberis inquit. Quia tempus miserendi eius: quia venit tempus. De quo dicit apostolus. Cum venit plenitudo temporis. Et iterum. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis. Et vere misereberis sion. Quoniam placuerunt servi tuis lapides eius. Lapides sion sunt fideles militantis ecclesie firmi et stabiles in christiana fide. et nichilominus spe solidi et persistentes in caritate. hi nimirum placuerunt servi tuis. hoc est sanctis ecclesie triumphantibus. qui tibi in tua civitate celesti hierusalem summa cum libertate seruiunt. Quia illa que sursum est hierusalem mater nostra hoc est triumphans ecclesia mater militantis ecclesie a proposito teste: o non libera est quia ibi deo seruire regnare est. hi ergo sancti tibi in regno tuo seruientes et ideo liberi tecum regnantes. Terre eius miserebuntur. Et merito miserebuntur terre sion. id est terrene miserie militantis ecclesie. Nec solum ei misericordes erunt sed etiam ut tu miserearis eis orabunt. Cur ita? Quia eandem misericordiam aliquando passi et experti sunt. Sed quid inde sequitur? Timebunt gentes que prius timere nescierunt. nomen tuum domine. et omnes reges terre gloriam tuam. quia videbunt maiorem esse glorie tue quam superbie sue potentiam. Et hoc ideo quia edificauit dominus sion: Et ecclesiam suam edificando magnificauit. Et ipsa que prius coram gentibus

16

et regibus vīla fuit in cōtumelia: videbitur in gloria sua.
Et que prius ab eis supbis cōtumeliose persequebāt: postea
ab eis humilibus gloriose honorabit̄. hec que olim futu-
ra esse predixerat ppheta: quotidie impleri videt ecclesia.
Sed quare hec omia. **Q**uia resperxit in orōne huiliū. l. xpī
fidelium qui in eius fide humiliiter orabant: vt hec sue ecclē
sie feliciter cuenirēt. Et ideo. Nō spreuit precem eorum. qz
nō singulariter pro se orabant: sed generaliter pro salute
omniū fidelium. que vtiqz est oratio perfectorū. **Q**uia ve-
ro nō decet vt tot tātaqz beneficia a deo ecclē collata ab
homine quasi ingratō sileant̄. Ideo **S**cribantur hec in ge-
neratōe altera. vt scripture commendata firmiter tenean-
tur. nō solum in antiqua generatione mōsa p̄ca: sed in ge-
neratione altera scilicet noua generatione christiana. Et
populus qui creabitur. hoc est populus christianus. quasi
noua creatione in christo regeneratus: **L**audabit dñm.
Et merito laudabit **Q**uia prospexit de excellio factō suo:
dñs de celo in terram aperit. **T**h̄ ad quid de excellio celo
prospexit et in imo terre aperit? Certe **A**udiret gemi-
tus compeditoriū. hoc est vt audiret gemitus huiliū & pe-
nitentiū timore dei et disciplina eius. quasi quibusdā com-
pedibus ligator̄. de quibus compedibus **S**pientia dicit.
Audi fili et ne abiicias cōsilium meū. et infer pedē tuū in cō-
pedes illius. et erūt tibi compedes eius in p̄tectionē forti-
itudinis. Et vt solueret a novis et viculis p̄tor̄ filios ite-
remptor̄. l. fideles xpianos spūales filios ap̄lor̄ et mar-
titū. crudeli interemptōe a gētib⁹ et regibus mortifica-
torū. vt his vinculis solutis: fidelium ecclia dicere posset. **D**i-
rūpisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. **A**d
hoc ergo de celo p̄spexit et in terrā asperit: vt huiliū xpia-
norū gemitus audiret et vicula solueret. **T**h̄ ad quid?
Cannūciant i lion. hoc est in ecclia militatē nomen dñi
et fidē christi a quo noīant̄ christianī. Et laudem eius in

hierusalem. i. laudanda et glorificanda opera eius que sunt
in celesti hierarchiis. ecclieia triumphante. de qua dicit. Glo-
riosa dicta sunt de te civitas dei. **E**t hec ita annunciantur:
ut annuncianto proficiant. In quo? **T**u conueniendo po-
pulos in unum: et reges ut seruiat dominus. hoc est: ut populos
diversarum gentium et reges dispersorum populorum conuenire faci-
ant in unitate fidei Christi. et meorum fideliuum. non ut seruiat mun-
do. carni vel diabolo: sed ut seruiat dominus deo suo. de quo dicunt.
Dominum deum tuum adorabis: et illi soli seruiues. **S**ed quid
sequitur? **R**espondit ei in via virtutis sua. Quis est qui
respondebit ei? Quis hic intendendo loquitur dominum? Quis in lu-
perioribus verbis exprimit cui congruat responsio? Su-
pra enī cōmemorātur cōpediti et intempi reges et populi
ponit hie in. **Q**uid autē singulariter dicit intendit ei: non ad eos
videat posse referri quod pluraliter nominatur. **P**er scientiam est
quod hic intendit unitas per pluribus. i. tota ecclieia quam in Christo una
est per cunctis fidilibus. ipsa quam unum corpus est per omnes mem-
bris eius. **R**edit inquit dominus gratias ei agendo: quod ea proprie-
tate. ea a vinculis soluere. ea ad sui laudem nois exerci-
tare. ea denique ex variis populis ad unius dei seruicium co-
gregare. **R**edit ergo ei non voce: sed corde. non lingua: sed vita.
non in via infirmitatis sue: sed virtutis sue. sed in fidei
Christi firmitate. quod fides via est ad patriam: et est virtus huius
vie. que in patria non manebit: sed eius obscuritate evan-
abit claritas glorie. **R**edit ergo ecclieia dominus. Et quod dixi: pauci-
tatem inquit dierum meorum nūcias michi. **R**addeo ergo orat
quasi dicat **O** deus meus nūcias michi paucitatem et breui-
tatem dierum meorum. hoc est. quia dixisti quod ecclieia manebit:
tu cum ea eris usque ad consummationem seculi: fac me cognoscere
et diligenter atendere quod breue et exiguum est hoc tem-
pus durationis mee. in comparatione eternitatis tue.
Oro ergo ut adueniat regnum tuum. Cupio huius seculi si-
nem: ut cito veniam ad regni tui beatitudinem. desidero

dierum meorum breuitatem: ut cito transeat ad dierum
 tuorum eternitatem. **E**t ideo **D**e reuoces me in dimidio
 dierum meorum. **H**oc est ne sinas me reuocari a deside-
 rio eternorum: ut heream cure temporalium. in dimidio
 dierum meorum: scilicet dierum presentium: qui mediū sunt
 preteritorum et futurorum. qui oīno dimidiū sunt et im-
 perfecti: nīl addantur eterni. **E**t merito peto non re-
 uocari ad terrena: qui tendo ad eterna. que ideo sunt aui-
 dius appetenda. **Q**uia in generatione et generationem
 anni tui. id est sine fine: sine principio duraturi. Non sunt
 ergo anni tui sicut dies mei. **Q**uia anni tui eterni: et dies
 mei exigui. Anni tui nō transiunt sicut dies mei. sed sem-
 per manent: quia sunt eternitas tua. que nichil aliud est
 q̄ substantia tua: nichil habens mutabile: nil preteritum
 nil futurum. **E**t quia eternitate precedis omnia que fe-
 cisti: Ideo sequitur. **I**n iō tu domine terram fundasti.
 In iōicio: scilicet temporis: **T**u qui es sine tempore: sine
 iōicio: sine fine immutabiliter manens in eternitate. **E**t
 opera manū tuarum sunt celi. **N**ec tamen fallum est
 quod alibi dicitur. Verbo domini celi firmati sunt. **N**am
 quod verbo facis. hoc etiam manu. i. virtute tua operis.
 Non est enī deus distinctus corpeis mēbris. verbo autem
 dei manus eius est. **I**psi peribūt: tu autē p̄manes. **T**u enī
 sēper stabilis dās cūcta moueri: immutabilit̄ p̄rmanes. i. in
 tua eternitate perseverant manes. **S**z ip̄i celi q̄ in ip̄e ver-
 bo tuo firmati sunt nō sicut tu firmi erunt: sed iubete ver-
 bo tuo peribūt. **V**nde petrus ait. **T**erra autē et celi q̄ nunc
 sunt eodē verbo repositi: sūt igni reseruandi. **D**e celis ergo
 tre primis. s. de regionibz aeris p̄stat q̄ q̄piū ad eorū quali-
 tate peribunt: sed de superioribus celis celoz nō est certuz. si
 tamē manserint: non in se sed in deo manebunt. q̄ solo dei
 verbo perire p̄nt. **E**t oēs. s. tam celi q̄ cetero res mutabiles
 etiam angeli sicut vestimentū veterascet: hoc est p̄tum in

C i

se est: nisi eos verbo tuo seruantes sicut vestis que detesta-
te consumitur deficeret. **T**u lequitur. **S**i sicut operiorum
mutabis eos et mutabuntur. **C**elos enim qui corporalia et
cuncta mutabilia operiū verbo tuo moues. et sicut eos mu-
tas localiter: ita solo verbi tui arbitrio si volueris totali-
ter mutabuntur et in nichil redigentur. **T**u autem idem
ipse es. **T**u qui dixisti ego sum qui sum. Ide ipse es. **E**t licet
omnia sint ex te et per te et in te: non tamē sunt quod ipse es.
qui es mutans: nō mutatus faciens non factus. moues
sed imutabiliter manes. **E**t ideo. **A**nni tui nō deficit. **S**ed
in generatione et generatione erunt et indeclinēter mane-
bunt quia anni tui eternitas tua sunt. **D**uus ergo dñe dū
tuam imutabilitate. dū tuam eternitatē et meā creatura
rūq; omīnī mutabile varietate. variamq; vanitatē p̄lide-
ro: nimirū ad te venire. et tecū habitare desidero. nec a desi-
derio meo fraudari aut spe mea frustrari: et habitatōe tua
priuari tristis diffido. **Q**uare: quia letus audio quod se-
quitur. **F**iliū seruorum tuorum habitabūt. Jam enī leta mi-
chi confidetia oritur. quia filii seruorum. i. sanctorum tuorum tecū
habitabunt. **C**boni christiani de quoꝝ numero esse cupio:
qui filii sanctorū sunt. non per carnalem propagationē sed
per spiritualē participationē. **S**icut ecōtra malii filii sunt
spirituum malignorum. sicut scriptum est. vos ex patre dia-
bolo estis. non per generationē: sed per mutationē. vel fi-
lli sunt opera bona: sine quibz nullus habitabit in gloria:
Qui ergo ibi vult habitare non sit a bonis operibus steri-
lis: sed permittat fetus bonorum operum: quos sequatur. ut
intret in terram riuuentium: sicut Joseph antecessit patrem
suum Jacob in egyptum: dicēs ei et fratribz suis. Ego pre-
ueni parare vobis escas: ita precedat filii tui. i. opera tua
tibi parare et pulas refectionis ecerne. **Q**ualeſ filios p̄mi-
seris: tales sequeris. **E**t semen eorum. scilicet honorum christia-
orum vel meritoriorum operum. de quibz scribitur. **Q**ui se-

minant in lachrymis. s. hic in via. cum exultatione metet
in celesti patria. hoc inq[ue] semen de quo fructus glorie me-
titur: in seculum dirigetur: hoc est in celu directum et erec-
tum in eternu: ibi tanq[ue] in horreo seruabitur. **T**u ergo
michi dñe. da et fac me ita hoc semene bene opando semiare
ut inde fructu glorie possim metendo suscipere. da et fac
hoc semen ita in me per te sanctificare et ad te dirigere: ut
in te et tua eternitate sine fine habitando valeam permanere

Meditatio deuota super vi. p[ro]p[ter]a. penitentiali.

Domine iesu xp[istu]s fons et origo totius pietatis et
gratiae. Dum ego sicut cervus ad fontes aquarū
ad te venire desidero: tanto amplius imperfectum meum
recognoscens: de me meaq[ue] propria virtute diffido. Ideo p[er]
auxilium mie tue refugiu[m] misericordie mee querens: ad te cla-
mando configio dicens.

De profundis clamaui ad te dñe. Non solum de ex-
terioribus labiis oris: sed de profundis et intimis
cordis clamaui ad te. Quid clamaui? Dñe exaudi oratio-
nem meam. **D**einde aliis verbis idē reperio. Riant au-
res tue. i. auditus clementie tue: Intendetes in vocem de-
precationis mee. Nec frustra sepe et iter[em] atq[ue] iterū variis
verbis eandem orationis devotionē explicō. quia ad expri-
mendū affectū mee mētis non sufficit organū mee vocis.
nec desideriū cordis satis potest de promere lingua carnis.

Nec immerito ad te clamo de profundis cordis: qui me eē-
sentio non in uno solum profundo: sed in pluribz profundis
fluctibz tam interioris q[uod] exterioris misericordie: q[uod] diu sum in
via huius miserabilis vite. Nam qui sic de profundis cla-
mat: de profundis surgit. nec ipse clamor eius diu in profundis
eē sinit. q[uod] vox huius clamoris omniē profundū penetrat et ad
dei aures usq[ue] puenit. **E**contra vero: quidā valde in profun-

C ii

do malorum sunt: qui nec ad te clamant cum se viderint
quotidianis peccatis et iniquitatibus obruptos i oppressos: sed potius illos irritant qui eos ad te clamare monent
hoc est profundum malorum. De quo scriptura dicit. Peccator cum venerit in profundis contemnit. Absit hoc a me
domine: sed ad te clamo de profundis cordis oimq[ue] interiorum virium: ut me clementer eripias de profundis iniqui-
tatum. Quia si iniquitates obseruaueris domine: domine
quis sustinebit? O magnus profundus. O abissus multa pro-
funda valde: nimisq[ue] periculosa. Ecce ei vindicat circumspectis oibus nullum bonum: sed vindicat malum videt caterualisq[ue]
scelerum meorum cernens nimum paucem exalamo. O domine.
Si iniquitates obseruaueris. i. ad vindictas eternam serua-
ueris. domine quis sustinebit? te iudicem. Non tantum ego lo-
lus non sustinebo: sed nec quis alius. quia nullus est nisi
seductus et veritate vacuus: qui se non cognoscat peccato-
rem. Nam si dixerimus quia peccatum non habemus: nos
ipsos seducimus. et veritas in nobis non est. Non ergo
presumam de mea iusticia: sed de tua misericordia. Quia apud te
propiciatio est. Si ei iniquitates sic obseruares ut earum
iudex solum esse velles et misericors esse nolles: ut nul-
la michi esset spes nulla consolacio. Sed ideo non despero:
quia apud te propiciatio. Et propter legem tuam. legem amo-
ris et gratie. in qua das reis veniam. sustinui te domine patien-
ter sperans et sperando expectans tuam misericordiam. Et hoc domine
qui oia nostri non soluz tibi profiteor sed etiam alius. ut oibus
norum sit manifesto dicens. Sustinuit aia mea in verbo eius.
Cuius est? in verbo eius cuius verbum non fallit nec
fallitur. non in verbo hominis qui mendax est? sed in verbo dei
qui verax est. Unde subditur. Sperauit aia mea in domino non
in homine: sed in deo sperauit. qui verbo suo ifallibili per-
petuorum veniam regni celorum gloria iepromisit. Sperauit in te

19

Acusto dia matutina vlog ad noctem. Quia in dño spe-
rare debet aia a principio vite vlog ad mortem. Nam qui
vlog ad morte perseuerauerit: saluus erit. Sic ergo. Spe-
ret irael in dña. Non solum speret vnus solus: sed totus
fidelis populus. quia nō vni soli sed multis dictū est. Spe-
rate in dño omnis cōgregatio populi. effundite corā illo
corda vestra. **E**t merito speret israel. Comis eichia et cō-
gregatio fidelium in dño. **Q**uia apud dñm est misericor-
dia. Non magna solum sed maxima. Nā copiosa est apd
eum redemptio. Sed quomodo verum est q̄ copiosa fue-
rit redemptio tempore dauid: cum nondum tempus re-
demptionis aduenisse: Hanc semper copiosa fuit redē-
mptio. Sed vt ipse dauid prophetice innuit: hec fuit a
pud deū. hoc est apud diuinū secretum semper preuisa. sē
perq̄ prouisa. ac eterna predestinatione disposita. sed nō
semper copiose ac plene apud homines exhibita. quia nō
tempore legis nature aut legis mosaice: sed tempore legis
gratiae. De quo scriptū est. Quando venit plenitudo semi-
poris: misit deus filium suū faciū sub lege: vt eos qui sub
lege erant redimeret. **T**unc ergo dñe. nunc marime oport-
tū tempus est: vt de profundis fluctibus miseriā: ad
te fontem misericordiā clamādo plurgā. et de mea
q̄ propria virtute diffidens: de te et tua gratia et pietate
sperādo cōfidam. et ad tuam clementissimā ppiciationē
confugiā. dignū quoq; et iustū est: vt tibi o piissime chri-
ste gratas agam apud quē hec copiosa redēptio. ideo spe-
cialiter esse dicitur. Quia tua in cruce passio. tuiq; precio
si languinis oblatio non solum pro viuis aut paucorum
hominū salute: sed pro totius mundi plurimumq; si forent
mundoū redēptione copiose sufficere perhibetur. per
huius ergo passionis virtutem. per huius languinis effu-
sionem te de precor: vt a peccatis meis et a prenis quas

pro his mereor: me redimas, redemptus ab eis eripias, i
eruptum a malis meis: tecum in bonis tuis habitare con
cedas.

De uota meditatio sup vii. po penitentiali.
Omne iesu christe qui sperates in te non deseris:
clamantes ad te non despicias. te querentes no fu
gis. te desiderantes no respuis: sed de se diffidetes in te con
solaris: Libi huiliter supplico. ut qui michi in pcedeti po
pellussum dissidentiam virtutis pprie: tua potenti virtute
largiti digneris sobria exultationem spualis leticie. ad
quam impetranda suspirans dico.

Domine exaudi orationem meam: auribus percipe
obsecrationem meam. Quod lepe dixi iterum repero: ve
ronis repetitio sit devotionis confirmatione. Nec me
tedet lepe reiterare verba oronis: qui lepius iterum ope
iniquitatis. Sed in veritate tua exaudi me in tua iusticia.
hoc est. tu q verax es et in veritate tua penitentibus veni
am pmisi: exaudi me penitentem no in mea sed in tua iu
sticia. s. in mia tua que penitentes iustificat. peto eni iu
sticiam quā exerces in plenti seculo: no iudiciū illius iu
sticie quā facturus es in futuro. Ideo sequitur Et no
intres in iudicium cum seruo tuo. Ego enim no sum dignus
vocari amicus vel filius tuus. sed tamen seruus tuus lu
qui mia indigo: ad te fugitus redito. pacem quero. no
ergo in futuro intres mecum in districtum iudicium. qā
nec ego volo intrare tecum. Intrant in iudicium cum do
mino: qui iusticiam suam iactantes de ea presumunt. Qui
bus per prophetam dicit dñs. Quid vultis mecum iudicio
contendere. omnes dereliqueris me. Non sic ego: sed iusti
ciam meam coram te nullam esse reputo. Quia non iu
stificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quia et si a
pud te quis suo iustificetur iudicio: tamen omnis homo

in hoc mortali corpore vivēs non iustificabibit in p̄spē
 ctu tuo: quo interiora et occulta hoīs vides. in quibus ne-
 mo plene iustus aut mundus est tuo iudicio: q̄tlibet san-
 ctus hominibus videatur. Ideo paulus ait. Nichil mihi
 p̄sciū sum: sed nō in hoc iustificatus sum: vel intelligi po-
 test non iustificabit in conspectu tuo. i. in cui cōparatione
 non solum oīs homo. Sed nec oīs vivēs. etiā angelus. q̄i
 solus deus est: in quē peccatuz cadere non potest. in cuius
 conspectum etiā astra non sunt mūda. Non ergo intres
 meū in iudicio rigoroso: sed mecum pie et misericorditer
 age. via persecutus est inimicus del quicq; aliis aduer-
 sarius. aīam me am: et humiliauit in terra vitam meam.
 hoc est q̄tum in se fuit: eam ut celestia relinqueret et ter-
 rena laperet inclinavit. Et itez. Collocauit me in ob-
 scuris. id ē ī peccatorū tenebris. sicut mortuos seculi. id est
 sicut ceteros peccatores non spiritualiter viventes: sed se
 culariter in peccatis morientes. Ideo. Anxiatus est sup me
 sp̄us meus: in me turbatus est cor meū. Sed ecce post q̄
 tristia precesserūt: leta sequūtur. post q̄ anxiatus fui et tur-
 batus p̄ multiplicē inimici tentatiōem letus factus sum
 per spirituale dei consolationem. Quia Memor fui diez.
 antiquoz. dieruz. eternorū. hoc est tue eternitatis diuine
 cui memoria maxima causa est spiritualis delectatiōis et
 leticie. Vnde scriptū est. Memor fui dei et delectatus sum.
 Nec solum in diebus eternis seu inuisibilibus rebus: sed
 etiā in creaturis temporalibus: te eternū et inuisibilem deū cō-
 templatus sum. Nam meditatus sum in oībus operibus
 tuis: in factis manuū tuaz meditabar. Quesui in operi
 bus artificem: in creaturis creatorē in rebus factis te ea-
 rum mirabile conditorem. Creatura tua facta est michi
 in speculū: vt in ea te cognoscere deum meū. q̄i (vt ait apo-
 stolus) Inuisibilia dei per ea que facta sunt: intellecta con-
 spiciuntur sēpētra. quoz virtus ei⁹ et diuinitas. Et ideo

Expandi manus meas ad te. quia in opibus tuis cognoui. quia bona sunt. et non a se: sed a te tueq[ue] bonitatis participatione bona existunt. Ideo tibi gratias agens expandi in oratione manus meas ad te tanq[ue] ad bouoz oim largitorem. Et aia mea sicut terra sine aqua tibi. Non solum ad te expandi manus operis mei: sed omnes vires animi. Et merito q[ui] aia mea a te derelicta est. tibi sicut terra sine aqua. **I**deo debet se ad te expandere. et non sibi ipsi: sed tibi adherere. quia non ipsa seipsum: sed tu solus eam potes rore gratie irrigare. sicut aitez terra sine aqua sterilis est: sic aia sine gratie tue pluvia fructum ferre non potest. **C**u ergo **V**elociter exaudi me domine cito dando pluviam gratie. quia sitiuit in te anima. Ideo si aqua dare longius differas. Defecit spiritus meus: a te tanq[ue] sterilis derelictus. Et propter hoc non auertas faciem tuam a me. spiritum meu delinques. et ab eo auferendo vel ei differendo gratie tue donu. alioquin. Similis ero descendebib[us] in lacum. hoc est in profundum peccator. Sed potius. **A**udi fac michi mane miam tuam. auditam: scilicet prophetis et manifestataz in scripturis. fac me interius sentire: quod exterritus facis audire. Et hoc mane. id est cito et non tarde. quia in te sperauit. et ideo sperauit. quia audiui. prope est dominus omnibus inuocatibus eum in veritate. **E**t ut cito facias miam tuam. **R**otam fac michi viam in qua ambulem ut sit lucerna pedibus meis. verbum tuu ad recte ambulandum in via mandatorum tuorum. quia ad te. a quo tanq[ue] a patre luminu descendit omne bonu: et qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundu. a te inquit et non contra te. leuaui aiam meam. Et ideo scripe me de inimicis meis domine ad te confugi. Non a te fugi: contemnendo et postponendo lucem tuam. sed ad te confugi querendo et postulando eam. Ideo. **S**cripe me de inimicis meis. scilicet a diabolo et ministris suis. qui tentant ut ambulem in tenebris.

21

Et ut ab eis eripias me: doce me facere voluntatem tuam.
quia si non doces me: faciam voluntatem meam non tu
am. et sic deseret me deus meus: dum ego te deseram. Er
go doce me. quia deus meus es tu. **A**d aliū currerē: si aliū
haberē crearem. sed quia tu solus es deus meus: ideo do
ce me: vi magister meus. **Q**uod vtiqz facies. **Q**uia **S**pi
ritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Ecce qā
supra in memoria eternorum et in contemplatione tua
et tuorum operum delectatus sum. **N**e magnitudo conte
plationis extolleret me. **N**e supeiba fieret leticia mea: le
tis miscui tristia. **S**ed iam post tristiciā conuertor ad gau
dia. Jam enim plene spero: q̄ spiritus meus malus non
perducet me in terram peruersam infernaliū penarum.
Quia spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā.
In terram scilicet celestium gaudiorum. De qua dicitur.
portio mea in terra viuentium. Et hoc non propter me
ritum meum: sed propter nōmē tuum domine viuifica
bis me in equitate tua. Non in iusticia mea. Ego enī me
occidi per peccatum meum: sed tu me viuificabis ppter
nōmen tuum quod est iesus. et interpretatur saluator. ut
rem nominis tui impleas. **T**u eris michi iesus: et me vi
uificando saluabis. Et sic **E**duces de tribulatione huius
seculi. animā meam: et in misericordia tua. non in merito
meo: disperdes inimicos meos. **Q**uos etiam inimicos tu
os merito dixerim. quia in me seruo tuo te dñm meum q̄
tum in se est persequeuntur. et gloriā nominis tui. **C**ui et
non michi salutem meam attribuo: dicens. Non nobis do
mine non nobis: sed nominis tuo da gloriā. Hanc inquam
gloriā saluti mee aduersando auferre conantur. **V**nde
cōuenienter subditur **E**t perdes omnes qui tribulant
āiam meā: scilicet diabolū et omēs obstinatos. **E**t merito
pdes me tribulātes: **O**m̄ ego seruus tuus sū. **A**d te ī mea
tribulatōe recurrens sicut seruus huīlis et fidelis vasall⁹

recurrit ad dñm. Ecce ergo huius psalmi alioꝝ psalmo
rum penitentialium leta cōclusio. Ecce spūalis leticie exul-
tatio: quā salutaris penitentie cōtristatio finaliter opaſ.
Vnde qui p penitentiā affligit: tandem dicit. Consolatōnes
tue letificauerūt animam meā. **D**a ergo michi dñe hos
quos penitētiales psalmos ecclia tua noiat. et a penitēti-
bus sibi psallendos esse p̄dicat tam digne ac deuote. nō lo-
lū ore: sed corde penitētū psallere. vt p̄ tristationē penitē-
tie salutaris: exultationē conse qui valeam leticie spūalis
vt post salutare penitētiā: tandem p̄ spūale leticiā exultādo
dīca. Sp̄itus tuus bonus deducet me in terrā rectā. Da
michi dñe hoc septenariū penitētiū psalmorū esse remediū
p̄tra septenariū mortaliū pctōrū. michiꝝ esse auxiliū ad
septenariū virtutū p̄ncipaliū. ad septenariū donorū spi-
ritualiū. ad septenariū beatitudinū. ad septenariū deniqꝝ^z
petitionū in oratione dñica contentarū. Da michi dñe in
horum psalmorū meditatiōne: timorem pene. dolorē cul-
pe. spem venie. amorem cordialis mundicie. desideriū cele-
stis patrie. diffidentiā virtutis proprie. exultationē deni-
qꝝ spiritualis leticie. De hoc enī septenario mentaliū af-
ctuum p̄ncipaliter agitur in hoc septenario deuotorum
psalmorū his septem affectibus quasi septem scale penitē-
tie gradibus: ad terrā patrie celestis ascendit. quo me fi-
naliter deduci et feliciter ascendere. et tecū habitare pen-
niterꝝ regnare tu misericorditer prestare digneris. Qui
vniis et regnas in secula seculorum. Amen.

Gliber de septem gradibus scale continēs
meditatiōnes deuotas sup septē psalmos
penitētiales. A domino petro de Aplico
Tameracen. epo finit feliciter.



